

Band VII., Nr. 2121, Seite 67-68

Die Brüder Heinrich und Rudolf von Steußlingen verpflichten sich dem Kloster Urspring gegenüber innerhalb Jahresfrist die Übertragung des Eigentumsrechts einer Wiese zwischen der Burg Steußlingen und dem Orte Schmiechen, die sie dem Kloster verkauft haben, bei den drei Lehensherrn zu erwirken.

Ohne Ortsangabe, 1270. Februar 2.

In nomine domini. Amen. Hainricus et Rüdolfus fratres, filii domini Hainrici bone memorie de Stüezelingin, omnibus presentem paginam inspecturis salutem et notitiam rei geste. Noveritis singuli et universi, quod cum nos gravati magno honore debitorum pratum nostrum situm in valle inter castrum Stüezelingin² et villam Smiecham monasterio in Urspringe necnon magistre et conventui domino ibidem servientibus titulo emptionis dederimus pro certa peccunie quantitate, quia præfatus pater noster et nos præfatum pratum a dominis de Talmæzingin diu tenuimus et adhuc tenemus in feodum et domini de Talmæzingin a domino comite de Wirtinberc et dominus comes de Wirtinberc præfatum pratum tenet in feodum a domino abbate de Elewange et ideo dominium præfati prati sine consensu præfatorum dominorum nos non possemus donare monasterio prenominato, ideo magna deliberatione prehabita nos præfatis magistre et conventui loci monasterii præfati U(rspringe) dedimus fideiussores, quod nos a proxima dominica in principio XL^e. usque ad annum debemus procurare cum præfatis dominis predicti prati, quod dominium præfati prati ad monasterium Urspringin et ad sorores ibidem domino servientes^a predialiter et sine quolibet impedimento^b transferatur, et fideiussores debent se a proxima XL^a. ad annum presentare apud Ehingin in obstagium non recessuri, priusquam predicta effectui mancipientur, et si unus fideiussorum moritur, alii admonitione quatuordecim dierum premissa debent se presentare in obstagium, usque dum nos alium loco defuncti posuerimus fideiussorem. Fideiussores sunt isti: dominus Albertus de Bænzingin, Berhtoldus de Berge, Fridericus dictus Mutillinus sororius noster, Cunradus de Werdinawe et Mûelibrunne³. Fideiussores etiam predicti de omnibus predictis fidem dederunt nomine iuramenti et ad petitionem nostram dominus noster comes Ulricus de Berge debet nos et fideiussores præfatos, si

^aVerschrieben: *servientibus*.

^bHier ist *predialiter* aus Versehen wiederholt.

²Burgruine Neusteußlingen.

³Obermöllnbronnen.

II

nos nollemus facere predicta, quibuscumque modis poterit choercere. Testes omnium predictorum sunt: dominus Swiggerus senior de Gundilvingin, dominus H[ainricus] advocatus de Berge, Hainricus antiquus minister de Ehingin, Hainricus de Hågingin minister, Cunradus notarius et alii quam plures. In quorum omnium efficax testimonium presentem paginam magistre et conventui de Urspringe dedimus sigilli domini nostri Ulrichi illustris comitis de Berge munimine roboratam.

 Datum anno ab incarnatione domini MCCLXX., in purificatione sancte Marie, indictione XIII.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 An Leinenschnur ein Bruchstück des Siegels des Grafen Ulrich von Berg, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 1988 (WU**b**, Bd. VI, S. 385).

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

B 511 U 798

Regesten:

IMMO EBERL: Regesten zur Geschichte der Grafen von Berg. In: Ulm und Oberschwaben 45/46 (1990) S. 9-102, S. 29, Nr. 128. Regesten Urspring, S. 86, Nr. 14.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

(Burg) Württemberg Wüstung (21519)
 (Burg) Württemberg, Stuttgart, S, W
 Altsteußlingen Wohnplatz (16761)
 Altsteußlingen, Ehingen (Donau), UL
 Benzigen Wohnplatz (16547)
 Benzigen, Winterlingen, BL
 Berg Wohnplatz (16762)
 Berg, Ehingen (Donau), UL
 Dellmensingen Wohnplatz (16810)
 Dellmensingen, Erbach, UL
 Ehingen (Donau) Wohnplatz (16771)
 Ehingen (Donau), UL
 Ellwangen (Jagst) Wohnplatz (4362)
 Ellwangen (Jagst), AA
 Gundelfingen Wohnplatz (15913)
 Gundelfingen, Münsingen, RT
 Hayingen Wohnplatz (15868)
 Hayingen, RT
 Obermöllenbronn Wohnplatz (18871)
 Obermöllenbronn, Bad Waldsee, RV
 Schmiechen Wohnplatz (16944)
 Schmiechen, Schelklingen, UL
 Urspring Wohnplatz (16951)
 Urspring, Schelklingen, UL
 Wernau Wohnplatz (16818)
 Wernau, Erbach, UL